



1.
1.
2.
31
36
44
5.
6
7.

Vol. XI. n. 30.

80
24

D. IOANNIS IOACHIMI SCHOEPFERI ICTI

OLIM PROF. PVBL. ORD. IN INCLYT. AC. ROST. COMIT. PAL. CAES.
ET CONS. DVC. CONSILIARI

DISSERTATIO IVRIS CRIMINALIS
DE

PVLNONE INFANTIS NATANTE
VEL
SVBMERGENTE.

1705, 6^r



M D C C V.

IN VNIVERSITATE ROSTOCHIENSI

A

IOANNE IOACHIMO JOERKE

DEFENSA.



OB RARITATEM ET PRAESTANTIAM MATERIAE RECUSA.

HALAE VENDORVM

TYPIS ET SVMPTEBVS IOANNIS CHRISTIANI HENDEL
MDCCLXXII.



Ms. No. 280

D. IOANNIS IOACHIMI SCHÖPFFERII ICTI

OPIN PROE. TIBI. ORD. IN FACULT. AC. ROSSI. COMIT. TAL. CANT.

ET CONS. DUC. CONSILIARI

DISSERTATIO IURIS CRIMINALIS

DE

PALMONE INFANTIS NATANIE

VEL

SUBMERGENTE

IN UNIVERSITATE ROSTOCKIENSIS

IOANNIS IOACHIMI SCHÖPFFERII

DE RESSA



DR. PUBLIKUM ET LIBRARIUM UNIVERSITATIS ROSTOCKIENSIS

PAULUS VITENDORF

TYBIS ET SUMPTIBUS IOANNIS SCHÖPFFERII HEDDICI

MDCCLXXII





PRAEFAMEN.



Die Lunae, qui erat decimus Calendarum
Aprilis, currentis huius anni 1705. foemine
improbissimae MARIAE Haacken
infanticidii accusatae, infans, inspectio-
ni, & experientissimi cuiusdam Medici, & Chirurgi in
arte sua probe versati, committebatur. Et cum inter
* 2
alia



alia & pulmones aquae tepidae immitterentur, varios tam Ictorum quam Medicorum circa hoc signum percipiebam discursus. Obseruabam imprimis doctum praesentis Medici consilium Excell. scil. GEORGII DETHARDINGII, D. Med. & Mathem. Super. P. P. in hac Alma celeberrimi, quod dum Protocollo inferebatur, ex eo extractum Lectori Beneuolo communico. Die Lunge hat man herausgenommen, und sie so wohl ganz mit den Herzen annoch verbunden, als auch stückweis, in einen Kessel voll laulichtes Wasser geworffen, aber die beyden mahlen erfahren, daß selbige oben geschwommen. Woraus denn erhellet, daß, da die Lunge als ein schwammichtes Wesen, so bald sie Luft empfänget, von einander gedehnet, und poröser wird, alsdenn diesen Effect hat, wenn sie auf ein Wasser geworffen wird, oben zu schwimmen, daß auch dieses Kind Luft geschöpffet, und vermuthlich lebendig zu der Welt gebracht worden. Hic varius discursus, laeta mente perceptus, & mihi ansam praebuit, accuratori diligentia inquirendi, quid de pulmonibus infantis natantibus, vel submergentibus sentiendum. Euolui atque reuolui Medicos, ast inueni, ab antiquioribus, qui Quaestiones Medico-Legales vel Medico-Forenses scripserunt, hanc materiam, ex professo non fuisse tractatam, vt ex PARAEI, FIDELIS, CONDRONCHII, ZACHIAE & WELSCHII scriptis, tradit cele-



leberrimus BOHNIUS in *Tract. de Offic. Medic. duplic.*
Part. 3. Cap. 6. fol. 662. qui 1704. in 4to typis publicis
exscriptus est. Ex cuius scriptis, iam antea, per mo-
dum Disputationis vulgatis, desumpsit sua D. Schuchm.
in *Eph. merid. Germaniae Decad. 3. Anni 1. Observ. 104. fol.*
166. Euolui atque reuolui, & ICTOS, sed & hic adeo fe-
licem me esse non contigit, vt quaestionem hanc speciali-
ter excussam inuenerim. Attamen non deterruit me ICTO-
rum de hac materia silentium, quin potius tentavi, quid
in rariori hoc casu, humeri ferre possent, quidue ferre
recusarent. Equidem materia haec, primo intuitu, Phy-
sicam vel medicam faciem prae se ferre videtur, adeoque
vitii polypraemosynes accusari possem, iuxta illud Func-
cii capite plexi:

Disce meo Exemplo mandato munere fungi,

Et fuge ceu pestem τὴν πολυπρασμοσύνην.

Verum Iurisprudencia nostra tam amplum habet obiectum,
vt diuinas pariter atque humanas res, omniaque negotia &
facta humana, quatenus quaestio Iuris de iis formari po-
test, complectatur. Et haec causa est, cur Facultas Iuridi-
ca modo cum Theologica, modo cum Medica, de casu
obueniente conferre iubeatur: Inter tres enim illas Fa-
cultates superiores suaue datur consortium, quibus om-
nibus simul inferuit Facultas Philosophica. Nec est, quod
ob.



obiicias casum tamen hunc rariorem esse, in quo non de-
fundandum. Respondeo enim, me non alienum esse a di-
cto Epicteti Philosophi quondam Hieropolitani: *Et hoc*
volo, quod in futurum vsui esse possit, addiscere: Sed quo-
tidiana illa in quotidianis tracto collegiis, rariora vero non
penitus despicio, sed iis quandoque delector. Id fateor
mutare animum fere potuisset, quod nullum haectenus
ICTum reperire mihi licuerit, cuius manuuctione uti po-
tuissim: Excellentissimi tamen Praefidis beneuolentia, con-
ueniendi facilitas, & dubiorum oblatorum prompta & in-
defessa resolutio, quam publice hic depraedico, propo-
sito calcar addiderunt. A Te B. L. tanto tamen facilius
gratiam me impetraturum esse confido, si in quaestione
tam ardua omnia acu non tetigerim. Tu vero Deus ter
Optime terque Maxime mihi assiste clementissime alma di-
uini Spiritus tui gratia, ac laborem hunc meum iuueni-
lem, in Sancto tuo Nomine coeptum coelitus bea, vt om-
nia competenter gerantur & quae inchoata sunt, bono
exitu peragantur.



CAP. I.

CAP. I.
CONTINENS SENTENTIAS MEDICORVM
DE PULMONE INFANTIS NATANTE
ET SVBMERGENTE.

SVMMARIA.

- S**i dubium occurrat, an partus in-
quisitae viuus, an mortuus editus,
Medicorum sequendum Iudicium.
n. 1. 2.
- Ex Pulmonibus natantibus vel sub-
mergentibus certam probam insti-
tuti posse, docuit Ltmüller. n. 3. 4.
- Consentit. Facultas Medica Giessen-
sis n. 5.
- & Carolus Reyger. n. 6.
- Huius sententiae Ratio. n. 7. & 8.
- Consentit Stalpartius n. 9. 10.
- Et Dn. Loffbagen in Responso n. 11.
seqq.
- Si pulmo fundum petat, infantem
in vtero mortuum esse, probare
conatur Dn. Schreyer & Facul-
tas Medica Frankofurt. n. 25.
- Licet pulmo putredinem contraxerit
Dn. Riimms & Lange. n. 26. 27.
- Cuius ratio adducitur n. 28.
- Ex Pulmonibus submergentibus pro-
bati non posse. infantem esse mor-
tuum, docet Dn. Bohn, n. 29.
- Cuius sententiam approbavit Facul-
tas Medica Wittebergensis, n. 30 31.
- Et Facultas Medica Tubingensis, n. 32.
- Eiusq. Professor Dn. Zeller n. 33.
- Consentiunt Medici Giessens. n. 34.
- Et Marburgenses n. 35.
- Ratio adducitur n. 36. seqq.
- Imo Tubingenses & Giessenses &
Marburgenses putant, respiratio-
nem fieri posse, licet pulmo fun-
dum petat n. 40. seqq.
- Cui Schroeckii subiecti scholion n. 42.
- Aliud recentissimum adducitur exem-
plum. n. 43.

Dubio occurrente: an partus inquisitae fuerit vita
lis, an vero in vtero extinctus, & mortuus exclusus? Me-
dicorum sequendum esse iudicium, docet Classen ad Const.



- Crim. Art. 131. fol. 478. §. Deinde.* Cuius sententia vſu
 2 fori recepta, quia de quaestione proposita, vt plurimum
 consuli solent Medici antequam Icti certam ferant senten-
 tiam vid. Mich. Bernhard. Valentini *Pandectas medic. le-
 gal. part. 2. sect. 7. per tot.* Merito ergo hanc methodum
 & ego sequor, vt *Cap. 1. Medicorum* perquiram senten-
 tias, in *seq. vero cap. iuris* considerem effectum, qui ex
 medicorum iudicio sequitur.
- 3 Sensibilem esse pulmonis infantis viui & in vtero
 mortui differentiam tradidit Michael Ettmüller *Medic. &
 Prof. quondam Lipsiens. celeberrimus, in oper. medic. in
 4 synops. instit. Medic. in physiolog. §. 149.* Ex cuius men-
 te, proba potest institui: an foetus natus sit viuus, an ve-
 ro natus sit mortuus Ettmüller *in Instit. Med. physiol. cap.
 25.* si enim infans natus sit viuus, pulmo infantis superna-
 tat aquae, si mortuus sit in vtero matris, pulmo aquae
 5 iniectus fundum petit. Idem *d. l. Eandem sententiam in-
 tegrum colleg. medic. Giesſense d. 15. April. anno 1692.*
 sua approbatione confirmavit in verbis *seq. Caeterum hic
 reticere non possumus, quod, cum pulmones ita comparati
 fuerint, vt aquae iniecti, fundum petere noluerint, sed nun-
 quam non emerſerint, infallibile hoc argumentum suppe-
 6 ditet, foetum viuentem in lucem editum fuisse.* Simile iu-
 dicium tulit Carol. Reyger *in Ephemer. Germ. Nat. curios.*
 ann. 6. & 7. *Obl. 202. inſin. fol. 297.* ibi: *Argumentum
 credo indubitatum, ad conuincendas infanticidas, & inda-
 gandam veritatem, an infans in vtero mortuus, vel demum
 post partum quocunque modo strangulatus vel occisus.*
- 7 Quorum sententiam ipsa ocularis iuuat inspectio, qua pro-
 batione nulla datur melior, si enim pulmo hominis quon-
 dam viui, vel bestiae quondam viuentis aquae, in sufficien-
 ti

ti quantitate sumtae, iniiciatur, supernatabit, si vero idem pulmo ancliae iniiciatur pneumaticae, eiusque beneficio, omnis aër ex pulmone extrahatur, & postea eidem aquae quantitati iniiciatur, continuo fundum petet. Si v. eidem 8 pulmoni submergenti denuo aër inspiretur, idemque iterata vice, aquae committatur, mox iterum supernatabit, pars enim aëris inspirati adeo tenaciter inhaeret verficulis pulmonis, vt nec comprimendo, nec pedibus pulmonem conterendo omnem expellere valeas aërem. Eandem fo- 9 uet sententiam celeberr. Stalpartius qui in *Observ. ravior. medic. anot. Centur. poster. part. prior. Observ. 32. fol. 353.* scribit: *Hinc fit, vt iudices rationem à medicis petant; an mater foetum interfecerit, an vero mortuus ille prodierit? si enim ille intra vterum obierit, fundum aquae petent pulmones, quia bronchia, ac pulmonum cellulae aqua repletae pulmones reddunt grauiores, ita vt supernatare nequeant, verum si vel per momentum tantum respirauerit foetus posteaque à matre interficiatur, pulmones neutiquam fundum 10 petent, sed semper supernatabunt, quia aër, qui cellulas dilatat, ita ex illis expelli nequit, quin semper non nihil remaneat, vnde pulmones leuiores redduntur, vt ab aqua de primi nequeant; nec quicquid tandem feceris, aër omnis, ex arteriae asperae ramis lobisue pulmonum expelletur, illosue tam arctos, vt quidem ante, reddi permittet. Maioris il- 11 lustrationis causa subiicio integrum responsum medicum quod *Mens. Febr. b. a. 1705.* ad Facultatem iuridicam Rostoch. transmissum.*

Auf gescheneh ordentl. requisition des Hrn. Stallers, bin ich den 22. Jun. a. c. nach Johann Jacobs Hause in Kirch- 12 spiel Teterbüll gefahren, und mit dem mir daselbst zugegebene- nen Chirurgo, in praesence der dazu verordneten zweyer Hrn. Rath:



- Nach und Lehn-Männer, ein todes Kind besichtigt, welches im Vesel, in einer verschlossenen Lade, in Tüchern gewickelt gelegen, daheraus es genommen und auf den Tisch nach allen Theilen vors erste äußerlich wohl besehen, und befunden worden: daß es keine unzeitige Frucht oder abortus gewesen, inmaßen die Signa so von denen Medicis pro diagnostice partus legitimo tempore nati angegeben werden, als die Vollkommenheit aller Membrorum, wohl formirte Nägel an Fingern und Zähnen, die Cuticula so der Haut überzogen, sich bey diesem Kinde gefunden; hiernächst haben wir obleriret,
- 13 daß 1) unter dem Rinn gerade auf den larynge oder Kopf der Luftröhre ein blutrüthiger Flecken, eines Daumens breit, davon die Haut etwas abgestreift gewesen. 2) An der linken Seite des Halses in gerader Linie mit dem Flecken, war eine gleichfalls blutrüthige Rille eines Fingerslang, und eines Strohalmens breit zu sehen, als wenn sie mit einem Bindfaden einz geschnitten gewesen. 3) An den beyden Seiten der Luftröhren,
- 14 wie auch auf derselbigen und am Halse, waren viele blutige Vestigia, so mit den Nägeln tief eingekniffen, zu sehen.
- 4) Die Nabelschnure war einer halben Ellen lang, und ganz wohl concludirter, von rechter Dicke und Farbe, aber nicht ordentlich abgelöset, sondern abgerissen oder abgeknippen, auch
- 15 ganz ungebunden gelassen worden. An den übrigen Theilen des ganzen Leibes haben wir keine laesiones bemerken können, deswegen die Eröffnung des Körperleins vorgenommen, alle viscera frisch und gut befunden, und die zu diesem Zweck dienliche Lungen, so etwas weißlicht anzusehen, herausgenommen, und nach Anweisung der berühmtesten Medicorum erstlich ganz, hernach stückweiß aufs Wasser geworfen, und beydemahl stracks
- 16 und so fort obenschwimmend gesehen worden. Auf den Zweck dieser Besichtigung zu kommen, so werden vornehmlich zwey Fra:

Fragen zu erörtern seyn: 1) Ob dieses Kind bereits in Mutter-
 leibe an partum verstorben, und per Consequens todt zur
 Welt gekommen, & contra 2) Ob es a causa externa, vio-
 lenta, oder morte naturali gestorben sey? Die erste Frage be- 17
 langend, so bezeugen die wohlbeschaffene und gesunde viscera
 nebst der starken und sehr wohl constituirten Nabelschuur, daß 18
 es im Mutter-Leibe nicht verstorben, denn die ersteren weiß
 und unsärbig, die letzteren aber schlapp und dünne bey denen
 mortuis in utero embryonibus zu seyn von denen Medicis
 obseruiet worden, und daß es auch lebendig zur Welt ge-
 bohren, erhellet aus dem angezogenen experimento, der im 18
 Wasser geworfenen, und oben schwimmenden Lungen, als wel-
 ches von denen Autoribus Harueo, Bartholino, Schwam-
 merdammio, Rypero, Raygero &c. pro signo maxime dia-
 gnostico, eines lebendig zur Welt gebohrnen Kindes angege-
 ben, und aus vielfältiger Erfahrung bewiesen wird: daß wenn 19
 die pulmones auf dem Wasser schwimmen, ein solches Kind
 respiriret haben, & per Consequens lebendig auf die Welt
 gekommen seyn müsse; die leuitas der Lungen aber, und Ursache
 daß sie schwimmen, ist die bey der respiration eingeogene, und
 hernach in denen cellulis derselben sich verhaltende Luft, wel-
 che die Lungen eben also in der Höhe hält, als sonst eine mit
 Wind angefüllte Blase, allemahl oben zu schwimmen pfieget,
 daß also diese Gründe zusammen genommen, ein unperwerflich
 Zeugniß de Vitalitate dieses Kindes extra uterum zu Tage le-
 gen. Betreffend die andere Frage, so kann man aus denen ge- 20
 funden Visceribus, auch wohl disponirten Leibe nicht sehen,
 daß das Kind von einer Krankheit ausgegergelt, und daher
 durch einen natürlichen Todt, so fort nach der Geburth der
 Welt entzogen worden, sondern aus denen §. 1. 2. und 3. ange- 21
 gebenen Signis, so eine gewaltsame Handanlegung zur Er-
 mor-



- mordung welche in Erdrösselung mit einem Strick, davon der Knuten auf der Larynge gefessen, oder auch in Erstickung mit gewaltiger Zusammendrückung der Luftröhren durch die
- 21 Hände, wie solches die Nägelemahe §. 3. beweisen, vermutlich bestanden, offenbarlich und augenscheinlich zu colligiren,
- 21 daß ich vorjese nicht berühre, der §. 4. gedachten ungebunden gelassenen Nabelschnure, als welche, weil dadurch das Gebliüth und Lebensgeister entgehen, von allen Autoribus Medicis, vor eine Ursache eines gewaltsamen Todes geachtet wird, und daß ein solches Kind ohne Ansthuung fernern Gewalt, ohne
- 22 dem versterben muß. Hieraus erheller, daß dieses Kind a causa externa violenta, und nicht naturali morte verstorben sey. Diese Relation, wie sie in Fundamentis artis gegründet ist, habe ich zu mehrer Beglaubigung mit Unterschrift des Namens, und vorgedruckten gewöhnlichen Pitschaft corroboriren sollen.
- 21 Löning den 23. Junii 1703.

(L. S.)

Georgius Lofhagen Dr.

- 23 Quod si vero contingat pulmonem infantis recens nati fundum petere, multi concludunt: *infantem in utero matris mortuum esse*: ut ex dictis, ex parte, liquet, in specie vero haec quaestio multis ventilata fuit a Doctore Johann Schreyer, Stadt- und Land-physico in Zeitz, qui pro defensione sua, Ao. 1690. speciale scriptum typis exseribi curavit, quatuor plagulis cum dimidia constans, in quo
- 24 probare conatur: Daß die Lunge, wenn solche im Wasser untersincket, ein gewiß Zeichen, daß dasjenige Kind, daraus die Lunge genommen, mientlich außer Mutterleibe gelebet, sondern
- 25 vor der Geburt, in der Mutter gestorben sey. Ut sunt eius verba pag. 5. Cuius sententiam fere appropauit facult. medic.

❁ ❁

9

medic. Francofurt. in Resp. sub dato d. 4 Januar. 1684. ibi. Wenn man denn nicht weiß: Ob ein Kind oder Thier in oder außershalb Mutterleibe gestorben sey, ist's Zweiffels ohne, ein unverwerflicher Beweis, daß dieses geschehen sey, wenn seine Lunge auf einer guten Quantität Wasser schwimmt, jenes aber, wenn Sie in derselben untergehet.

Cum vero in facto dubium oriretur: annon pulmo 26
post contractam putredinem fundum peteret, ei obuiam
processerunt Dn. Riinius & Dn. Lange in Resp. Lipsiensi
d. 19 Julii 1684. ibi. Daß wir zu mehrer Versicherung des-
sen unterschiedene experimenta angestellt, und die Lunge
von einem Kalbe, so lebendig geböhren worden, so lange in
die Erde vergraben, eine andere ins Wasser geleyet, eine
andere in die Luft gehenkt, biß Sie insgesamt ziemlich zu
faulen, und zu stinken angefangen, es ist aber Eine so wohl
als die Andere, ganz und stückweise, im Wasser eben ge-
schwommen, eben wie zuvor, da Sie noch frisch gewesen.
Wenn denn unstreitig ist, daß Lungen so einmahl Luft ge-
schöpfet, weder durch Faulung oder andere Art und Weise,
können dazu gebracht werden, daß sie untersinken, als blei- 27
bet auch jederzeit auf festem Grunde stehen, daß wenn die
Lungen eines todten Kindes, oder ein Stück davon, auch
etliche nach der Geburt, untersinken, dieses auß keiner an-
dern Ursachen, als daher rühren könne, daß das Kind noch
vor der Geburt, in Mutterleibe todt gewesen. Ratio hu- 28
ius rei potior ab iisdem in responso priori sub dato Lipsiae
d. 10. Nov. 1683. adducitur haec: Daß ein Kind, den Augen-
blick, da es zur Welt geböhren wird, alsobald zu respiri-
ren anfangt. Contentit Ettmüller in instit. Medic. physiol.
cap. 25. fol. 173. ibi: *infans quam primum egreditur, respirat.*
Contrariam vero sententiam longe veriorem esse, alii non 29
B
minus



- minus celebres ac experientes Medici iudicarunt: Ex quibus adduco excell. Dn. Ioh. Bohn. *Med. D. & Prof. Publ. Lips.* qui in *speciem. secund. Medic. forens. §. 45. in fin.* docet: *periculosum ac fallax esse experimentum, de submergentibus ac supernatantibus aquae recens nati pulmonibus, quo nihilominus alii satis audacter partum mortuum a viuo discernere sibi praesumunt.* Quam sententiam suam multis, in eleganti *Tractatu de officio Medici publici part. 2. cap. 6.* propugnat, (qui *Tractatus* in quarto 1704. typis exscriptus est:) Quam sententiam approbarunt. 1) *Facultas Medica Wittenbergensis* in resp. die 30. Aug. 1684. ibi: Wir können aber nicht davor achten, daß dieses (submersio nempe pulmonum) ein indubiatum und Uniuersale argumentum sey, wodurch so gar gewiß bewiesen werden könne, es müste das Kind, ante partum, in Mutterleibe verstorben seyn.
- 31) Man könnte endlich wohl ex praesuppositis schließen, wenn eine Lunge im Wasser sinket, so hat dieselbe noch keine Luft in der Welt geschöpfer, aber es folget nicht alsbald, daß es müsse in Mutterleibe gestorben seyn, inremahl so wohl in, als nach der Geburt ein lebendig Kind kan erdödet werden, ehe es Athem holet. *Integrum Resp. vid. penes Ammam. in prax. vulner. leth. Dec. 6. Hist. 1. fol. 427. seqq.*
- 32) Eiusdem opinionis 2) fuit *Facultas Medica Tubingensis* cui assertum de pulmonum in aquis subsistentia NB. ob *experimenta contraria*, & rationes, praesertim in eo subiecto, contra communem sententiam, valde suspectum fuit, & hinc in *vitalitatem infantis inclinavit*, referente Mich. Bernhard. Valentino in *Pandect. Medico Legal. part. 32. sect. 7. cas. 8. fol. 570.* Hinc Dn. D. Ioh. Zeller Prof. *Acad. Tubing. anno 1691. dissert. edidit, cui Titulus: Infantici-*



ticidas non absoluit nec a tortura liberat, nec respirationem in utero tollit pulmonum in aqua subsidentia.

Subscripserunt huic sententiae 3) Domini Medici ³⁴
in Facult. Giesi. in responso sub dato *d. 24. April. 1699.* in
verbis: Proba illa aquatica, cum pulmonibus instituta, adeo
infallibilis non est, quo minus a medicis celebrioribus ad
minimum in dubium vocetur, imo prorsus reiiciatur, cum
eo etiam in casu ubi ex propria puerperae confessione,
infans in lucem editus, aliquot eiulatus ediderat, pulmo-
nes eius tamen ad fundum secesserint. *Valent. in Pandect.*
Medic. legal. part. 2. sect. 7. cas. 10. fol. 593. Eandem sen-
tentiam in eodem casu, calculo suo 4) probarunt *d. 6. Mai.*
anno 1699. Medici Marburgenses ibi: Et quamvis pulmo- ³⁵
nes infantis postquam a reliquis corporis partibus bene se-
parati, & in siculam aqua repletam proiecti fuerant, sta-
tim ad fundum ceciderint, hoc tamen pro certo & suffi-
cienti signo, quod infans inanimis in lucem editus fuerit,
haberi non potest, *quia experientia haecenus contrarium do-*
cuit. *Valentin. d. cas. 10. in fin. fol. 598.* En quatuor tibi ³⁶
produxi integras Facultates medicas, qui concludunt:
ex pulmonibus submergentibus concludi non posse, infan-
tem in utero matris mortuum esse. Ratio illorum est:
non tantum quod partus extra uterum per aliquod tem-
poris spatium vivere possit, sine notabili seu magna respi-
ratione vid. *Resp. Witteb. n. 31. supra allegatum ibi: Die* ³⁷
ses zu behaupten muß vor allen Dingen supponiret werden,
daß ein Kind eine Zeitlang, ausser Mutterleibe, ehe es Athem
hølet, wie in utero, leben könne. Confirmat hanc senten- ³⁸
tiam excel. *Bohn. d. Offic. Med. duplic. part. 2. cap. 6. expe-*
rimento: si quis scil. catulorum, dum nascuntur guttur
constringat, videbit varios corporis motus & oris rictus



- conuulsiuos, quorum tamen pulmones aquae iniecti fundum petent, consentientem adducit Boyleum *d. vi aëris*,
 39 *clastic. experim. 41.* Quibus robur addit singularis notabilis casus a. Dn. Bohn. *d. cap. 6. f. 667.* relatus. Parentes feil binas exclusas puellas criminis sui contegendi causa, viuas pannis obuolutas, in terram defossas, terra & mergitibus spicarum cooperuerunt, quae tamen post aliquot horas, superstites singulari fato erutae sunt. Hae certe puellae sine grauioris aëris vsura, extra vterum matris,
 40 per aliquot horas superstites manserunt. Imo Tubingenses, Giessenses & Marburgenses vterius procedunt, ac credunt: *post notabilem respirationem aëris, pulmonem nihilominus aquis submergi posse*, ex matris & aviae confessione, quae dixerant partum vitalem fuisse, & notabilem vagitum edidisse, licet eius pulmones aquis iniecti fundum petierint. Vid. *d. Disp. Joh. Zeller. Tubing. A. 1691. habitam* & Valentin. in locis supra notatis. Plura exempla recenset Dn. Bohn. *d. cap. 6.* quo lectorem remittito. Ne vero obiicias, mulierculas vel deceptas, vel doloribus torturae coactas esse, ad deponendam vitalitatem infantis, ipsi Tubingenses experimentum in vitulo fecerunt, qui post partum per dimidiae horae spatium vitalis, crebris anhelitibus fortiorique abdominis motu, respirare se testatus est. Cuius tamen pulmones aquae iniecti submersi fuerunt *vid. d. Disp. Zeller.*
 42 Utimo tamen moneo loco, excell. Dn. L. Schroeck. *in Decad. 3. Ephemer. Phys. Medic. Germ. ann. I. ad Obs. 104 in scholio fol. 170.* dubium mouisse quod pulmones vituli, cuius *de disp. Tubing.* mentionem facit, in statu fuerint praeternaturali, dum lobulorum vnus crassus fuisse perhibetur, & ob mucum vesiculas obstruentem, ad inflationem

stationem ineptus, vnde grauior extitit, ita vt aër in reliqua sana pulmonis parte contentus, non suffecerit pulmonem in alto suspensum tenere, sed alteri illi, pondere suo ad fundum detrudenti cedere coactus sit: Dum haec ty- 43
 pis exscribi curo, alius adhuc infans, cum secundinis adhuc coniunctus, ex illegitimo coitu conceptus, & clam in lucem editus, in loco iudicii, Rostochii d. 3. April. 1705. producitur, qui sub scalis domus, **unter der Treppen**, mortuus a ministro iudicii, ad perquirendam domum missus, repertus est, cuius sectio cum die 3. April. institueretur, pulmones aquae iniecti, itidem supernatarunt. Quam sectionem direxit Vir excellentissimus atque experientissimus Dn. Schaper, Medicin. Doctor & Professor ordin. ac Serenissimi Ducis regentis. Meclenburgici Archiater longe celeberrimus; Cum ergo ab amplissimo iudicio Rostochiensis ab excellentissimo hoc Medico, eius requireretur iudicium d. 8. April. 1705. id dedit sequentibus verbis: Als nun über diese verrichtete Besichtigung 44
 mein Sentiment verlanger wird, und der um den Hals sich gefundene tiefe Strich, welcher vorne am Halße doppelt zu sehen, und die Haut zwischen denenselben, meist, wie ein kleiner mässiiger Finger, in die Höhe gegangen gewesen, nicht umbillig hier eine Suspicion von einer dem Kinde, an diesem Ort, angethanen Gewalt giebet, insonderheit, wenn man das sub cute, auf das Pericranium und zwar an der rechten Seiten, wo des ossis frontis pars dextra, an die suturam coronalem, mit seiner extremität reichet, und durch die so genannte fontanellam, von dem sinistra ossis frontis parte getheilet ist, gefundene geronnene Gebürch meist einen Schilling groß consideriret, und ferner das pro vitalitate foetus maxime probabile experimentum und indicium erweget,
 und



45 und also allhier befunden worden, daß die von dem Kinde
 aufgenommene, und auf einer behörigen Quantität Wasser
 gelegte Lungen, auf demselbigen geschwommen haben; So
 ist allerdings zu schlißen, daß dieses Kind extra vterum ge-
 lebet haben müsse. Denn wie es eine ausgemachte Sache
 ist, daß das in foetu in vtero contento circulirende Blut
 per foramen ovale, & canalem arteriosum aus dem dex-
 tro cordis ventriculo, in den sinistrum desselben ventricu-
 lum fließet, und also die Lungen nicht berühret, auch derer
 Gebrauch daher, wie sonst bey einem ältern Menschen, und
 46 also auch die respiratio, hier nicht Statt hat; So müssen
 die auf das Wasser gelegte Pulmones, wenn das Kind nicht
 respiriret hat, zu Grunde sinken, als selbige im Gegentheil,
 wenn das Kind nur einmahl respiriret hat, auf dem Was-
 47 ser schwimmen müssen. Und weil also non nisi extra vte-
 rum & eius extrema loca, dem foetui kein respirationis
 locus eher ist, so folget darauff, wie hier in diesem Casu,
 daß, da die Lungen geschwommen, auch das Kind respiriret,
 und also extra vterum gelebet haben müsse. Welches ich
 hiemit bezeuge. Rostock den 8. April. 1705. Prolixius
 haec omnia referre malui, quia dictis in capite primo, di-
 cenda in cap. seq. tanquam aliquo fundamento innituntur.

CAP. II.
 DE EFFECTU IVRIS SI PULMO
 INFANTIS NATET.

SVMMARIA.

*T*res casus separantur
 Poena capitis dictari potest ex prae-
 sentione.

1.	Quae constituta est in Gallia & Sue-	4.
2. 3.	Propter delicti frequentiam	5. 6.
		In

<i>In Germania eadem imposta ut &</i>	<i>Quatenus Icti de rationibus medico-</i>
<i>in Hispania</i> 7. 8.	<i>rum iudicare possint</i> 27. seq.
<i>Maxime si medici de vita & violenta</i>	<i>Timoris adducuntur effectus</i> 33. seq.
<i>morte testentur</i> 9.	<i>Ex pulm ne natante non potest inferri</i>
<i>Ex pulmone natante non obtinet poena</i>	<i>mors violenta & dolosa.</i> 37. seq.
<i>gladii</i> 10. seq.	<i>Pulmo natans non operatur torturam</i>
<i>Ex praesumptione nemo ad mortem</i>	<i>39. seq.</i>
<i>damnatur</i> 17.	<i>Auget gradum torturae</i> 42. seq.
<i>Nisi sit iuris & de iure</i> 18.	<i>Modo adhibeatur cauta inquisitio</i> 44.
<i>Si inquisita ignorantiam graviditatis</i>	<i>Praeiud. contrar. adducitur</i> 45.
<i>praetendat, semper torturae subiicienda.</i> 19.	<i>Sed reiectum</i> 46. seq.
<i>Si animo occidendi occulto peperit,</i>	<i>Si mulier non studio clam peperit,</i>
<i>gladio ferienda</i> 20. seq.	<i>nec partum occultauit, liberatur a tortura, licet pulmones natent</i>
<i>Medica ars saepe fallit.</i> 24.	<i>54. seq.</i>
<i>Exempla adducuntur</i> 25. 26.	<i>Pulmones natantes augent poenam extraordinariam</i> 56. seq.

Consideraturo mihi, quem pulmo infantis natans, in iure, producat effectum, tres distinguendi sunt casus. Primus sit: An mater infanticidii accusata, quia pulmones infantis reperti aquae supernatant, capitis poena affici possit, licet constanter neget infantem vixisse, vel a se occisum esse? Secundo considerandum: an pulmo infantis natans, in decernenda inquisitae tortura effectum producat? Tertio lustrabo: an pulmo natans extraordinariam augeat poenam? In primo proposito casu, ordinaria vel 2. saltem gladii poena decernenda videtur: quia 1) ex praesumptionibus quoque delinquens condemnari potest, *l. fin. ibi: vel indicis C. de probat. c. Afferte mihi gladium* 2. & *c. 12. X. d. praesumt.* Non tantum si ciuilliter agatur, sed etiam si capitalis imponenda sit poena. Exempli loco produco



duco *Nov. 17. c. ult.* Ubi ex solis praesumptionibus, etiam priuato permittitur facultas adulterii suspectum occidendi, quanto magis iudex, ex certis praesumptionibus
 3 alicui poenam decernere potest capitalem. Aliud exemplum probatur ex *l. 34. C. ad L. Iul. d. adult.* vbi itidem ex sola praesumptione, aliquis in adulterio condemnatur. Hinc reum indicis & argumentis conuictum, ordinaria afficiendum esse poena, docet Anthon. *Matth. de crimin.*
 4 *Lib. 48. Tit. 15. cap. 6. fol. m. 760.* In specie autem 2) in praesenti casu, mulierem ex furtiu coitu grauidam, quae clam, sine aliis hominibus, studio peperit, & infantem occultauit, postea vero eum mortuum exclusum esse praerendit, capitali supplicio afficiendam esse, constituit Rex Galliae Henricus II. *d. 4. Mart. 1559.* teste Ioh. a Sand. *in Decif. aur. Lib. 5. Tit. 9. def. 3.* Et Mauric, *Consil. Kilon. XI. n. 14.* Similem constitutionem Carol. XI. gloriosissimae memoriae, in Suecia promulgauit. Et licet seuerae videantur constitutiones, malicia tamen mulierum vix mitiorem admittit poenam, nimis enim frequentia sunt infanticidia, vel certe occultationes partuum tum edendorum, tum editorum. Sic Rostochii spatio trium hebdomadarum, duae foemiae carceri iniectae sunt, quae singulae
 6 praetendunt se infantes edidisse mortuos. Idem suo iam tempore obseruauit Iacob. Augustin. Thuanus, *Lib. 13. Hist.* quando supra dictae constitutioni Henrici relatam subiicit: *In nullum crimen ab eo tempore seuerius vindicatum fuit; nihilominus nullum frequentius crimen etiam hodie est, nec vlla fere septimana abit, quin in classe, quae de iudiciis capitalibus cognoscit, vna pluresue tam horrendi flagitii reae perducantur. Adeo malus pudor in verecundo & impotenti sexu supplicii terrorem, & quod omni corporis poena grauius est, conscientiae morsus vincit.* In

In Germania quoque 3) feuerior capitalis poena ap- 7
 plausum meruit, siquidem post maturam deliberationem
 & Theologi & ICTi Würtenbergenſes anno 1658. pronun-
 ciarunt: Daß in ſolchem Fall, die poena gladii Statt finde,
 wenn gleich die Mutter, daß Sie ihr Kind todt zur Welt
 gebracht, vorgeben ſollte. Conſentit Berl. P. 4. Concl. 7. n. 30.
 Ubi in Hiſpania ſic iudicatum eſſe, refert. Simili modo
 poenam gladii diſtitarunt ICTi Kilonienſes menſ. May. an-
 no 1666. licet mater deſenſionem ſui in eo quaereret,
 quod infantem mortuum edidiſſet: Sie habe ohne Bey-
 ſeyn einigen Menſchen das Kind todt zur Welt gebracht. 8
 Nec 4) aliena fuit ab hac opinione ampliff. Facult. iurid.
 Roſtoch. anno 1696. d. 27. Aug. cum ampliff. Senatui
 Roſtochienſi in cauſa inquilitionis, in puncto infanticidii,
 contra Marien von Bergen reſponderet: das Inquilita
 mit dem Schwerdt von Leben zum Tode hinzurichten
 ſey. Licet inquilita in eo deſenſionem quaereret: Sie
 wüſte nicht, daß das Kind zu der Zeit, da ſie ihm
 den Halß abgeſchnitten, annoch ſollte gelebet haben.

Dicta ſine dubio procedunt, quando 5) experien- 9
 tiſſimi medici conſulti reſpondeant: Daß aus dem
 Schwimmen der Lungen zu ſchließen ſey, das Kind
 habe gelebet, und ſey morte violenta geſtorben. His
 enim vt peritis in ſua arte credendum Stryk. d. Iur. Senſ.
 Diff. 1. cap. 2. n. 20. ibique alleg. Hoc enim fine ICTi re-
 quirere ſolent iudicium medicorum, vt eorum opinioni,
 tanquam fundamento, ſuam ſuperſtruant ſententiam.

Tanti tamen dicta aeſtimanda non videntur, vt ex 10
pulmonibus natantibus quis, indiſtincte, poenam capita-
 lem diſtitare debeat. Supponam hac vice, citra praeiud-
 icium tamen veritatis, ex *pulmonibus natantibus* indu-
 bica-



- bitato sequi; ergo *infans vixit*. Alia tamen remanet quaestio: qua ratione ergo perit? *an morte naturali, an violenta?* suppone autem posterius: & remanet cardo totius negotii in eo: *an dolo, an culpa mulieris violenta mors*
- II *infanti fuerit illata?* Si dixeris: meretricem in actu versari illicito, ergo praesumi animum dolosum, hoc effectu, ut gladii poena decerni possit. Exemplo homicidae, qui bombardam vel gladio aliquem laedere voluit, sed praeter expectationem suam plane occidit, cui ultimum dicitur supplicium, quia ex armis lethiferis & animo laedendi praesumitur animus occidendi l. 3. C. ad L. Corn. d. Sicar. ibique Brunn. n. 3. 4. Carpz. Qu. 1. n. 52. seq. Hahn. ad W. Tit. ad L. Cornet. n. 9. ad vb. animo occidendi excell. Dni Praefes in Syn. iur. priu. eod. tit. n. 21.
- 12 *Respondeo mulieres partum clam excludentes non semper habere animum partum laedendi, ut ille, qui armis lethiferis aliquem laedit, sed mulier illa habere potest animum partum clam educandi, ergo simile, hac in parte, est dissimile. Aliud vero ex eodem homicidii genere produco simile: homicida praetendit defensionem necessariam, vel occisum praeter occidentis voluntatem, in gladium strictum prolapsum fuisse, probatione vero destitui, quia solus fuit cum solo, ecce hic versatur in homicidio, adeoque praesumptionem malitiae contra se habet, nihilominus ex hoc dolo praesumpto, licet homo non bonae famae fuerit, attamen non condemnatur ad mortem, sed, deficiente alia probatione, exceptionem suam tortura probare tenetur, per Const. Elect. Sax. 8. p. 4. Quae Electoris constitutio etiam extra Saxoniam recepta Brunnem. in proc. inquis. cap. 8. m. 5. n. 3. Ne alias, si simplici assertioni occisoris standum esset, poena homicidii facile elu-*

eludi posset. Zang. d. *Quaest. Cap. 2. n. 157.* Berlich. p. 4. *Concl. 15. n. 28. sq.* Nec tamen inquisitus statim **13** condemnandus, si ei desit probatio, sed torturae subiiciendus est, sine qua, in re tam graui, non creditur inquisito, pro sui defensione deponenti. Simili modo, si mulier dicat vel concedat: infantem vixisse, se tamen studio, & data opera non occidisse, sed infantem vel in ipso partu, vel post partum, ex sola culpa & imprudentia mulieris extinctum esse, tortura hanc suam defensionem probare tenetur, nec sine tortura, ex sola praesumptione doli, gladio carnificis subiicienda est.

Equidem vt plurimum tales meretrices animo occi- **14** dendi, & partum clam sepeliendi, sine aduocatis aliis mulieribus, clam pariunt & partum occultant. Si ergo praesumptio defumenda sit, ab eo, quod vt plurimum contingit, iterum mulieri capitale imminere videtur supplicium. Verum licet & hoc supponas: mulieres clam partum in lucem edentes, animum occidendi vt plurimum habere, haec tamen praesumptio non sufficit ad condemnationem, quia aliquae mulieres hunc animum non habent, ne ergo ex decem grauidis, vna sine vero dolo parricidium commitendi, pereat, nouem potius dolosae torturae sunt subiiciendae, & si hanc sustineant, potius dimittendae, quam vna innocens capite plectenda est.

Verum quid multa! ipsa Constitutio Criminalis, **15** quam in criminalibus, in Germania sequimur, expressis verbis, in casu proposito, non poenam capitalem, sed torturam decernit in *Art. 131.* ibi: Doch, so ein Weibsbild ein lebendig, gliedmässig Kindlein also heimlich träget, auch mit Willen allein, und ohne Hülfe anderer Weiber gebiert, welche ohne hülffliche Geburt mit tödtlicher Verdächtigkeit gesche-



geschehen muß ic. Darum, wenn eine solche Mörderin auf gedachter ihrer angemasten freventlichen Entschuldigung bestehen bleiben wollte, so soll man Sie, auf obbemeldte gnugsame Anzeigung bestimmts unchristlichen und unmenschlich erfundenen Uebels, und Mords halber, mit peinlicher ernstlicher Frag, zu Bekänntnis der Wahrheit zwingen, auch auf Bekänntnis desselben Mords, zu endlicher Todstraf urtheilen.

16 Aduerto quidem exceptionem tuam: Carolo V. nihil de pulmonibus natantibus propositum, suo tempore, fuisse, alias ex tam violenta praesumptione capitis constituisse supplicium. Repono enim ex pulmonibus natantibus ad summum inferri posse: *infantem extra uterum adhuc vixisse*. Verum Carol. V. ex partu maturo, iam cum suo tempore, supposuit: praesumi infantem vixisse, supponit quoque mulierem clam, sine aliarum auxilio, studio parientem maxime suspectam esse de infanticidio, nihilominus, si mulier perseueret in defensione: infantem mortuum editum esse, vel sine suo dolo periisse, non condemnat eam, sed torturae eam subiici mandat.

17 Ad rationes contrarias diluendas accedo, atque ad obiect. I. n. 2. propositam respondeo: regulariter ex praesumptionibus neminem ad vltimum condemnari posse supplicium, per *Constit. Crim. Art. 22.* ibi: Es ist zu merken, daß niemand auf einigerley Anzeigung, Argwohny, Wahrzeichen oder Verdacht, zu peinlicher Strafe soll verurtheilet werden, *Et in fin. d. Art.* Soll jemand zu peinlicher Strafe verurtheilet werden, das muß aus eigenem Bekennen oder Beweysungen geschehen, und nicht aus Vermuthung und Anzeigen. vid. late Manz. *ad Const. Crim. ad Art. 22.* & Ioh. Otto Tabor. *Tr. d. Indie Delict. in Analyse. ad d. Art. 22. fol. m. 474. th. 4. seq. vt ne quidem ex*
vr-

vrgentissima praesumptione extremum admittat supplicium
 Perr. Theodoric. in *Colleg. Crim. cap 7. aph. 1. lit. G. n. 13.*
fol. m. 910. Quae tamen regula limitanda in praesumptio- 18
 ne posita a lege, quae alias vocatur iuris & de iure, ex
 hac enim sequi potest condemnatio capitalis Iul. Clar.
sentent. Lib. 5. §. vlt. Qu. 20. n. vlt. & hanc sententiam
 nullum habere dubium docuit Aegid. Boss. in *pract. crim.*
tit. d. conuictis n. 29. fol. 139. addita ratione: quia legi ex
 tali praesumptione res patet, ideo etiam debet patere iudi-
 ci. Quae distinctio mihi quoque placet, qua diluo du-
 bium *n. 4.* allatum, quot. scil. lex publica dolose, & stu-
 dio clam parientibus poenam capitalem imposuit, tot &
 ICi vltimum dicitare debent supplicium, licet non con-
 stet matrem suum infantem dolose occidisse. Haecenus
 vero in Germania talis constitutio non est promulgata
 vid. *Const. Crim. Art. 131.* Verum & hoc casu, si talis 19
 extet constitutio, ad vltimum procedi non potest suppli-
 cium, si inquisita praetendat se plane ignorasse, se esse
 grauidam, dantur enim mulieres, quae prima vice, ma-
 gnam in his rebus profitentur ignorantiam, imo licet
 confiteatur se grauiditatem sciuisse, neget vero scientiam
 de tempore instantis partus, quod plerumque in meretrici-
 bus opinione citius appropinquare solet, his casibus non
 condemnatio ad mortem, sed ad toruram locum habere
 debet.

Ad praecudicia allata respondeo, illa quoties con- 20
 tra expressum iuris textum data sunt, toties carent autori-
 tate. Interim probe distinguendum esse censeo, an ma-
 ter confiteatur: se animo infantem occidenti, ad locum
 solitarium pariendi causa secessisse, an vero hoc neget.
 Priori casu, poena capitis dicitari potest, non vero poste-
 riori



- 21 riori casu. Quod obseruatum fuit a facultate iuridica Rostochiensis in causa **Marien von Bergen**, haec enim confitebatur; **Sie sey mit denen Gedanken eine viertel Stunde umgegangen, wie sie das Kind umbringen möchte, in ipso partu, cultro fauces infantis quinque ictibus dissecuerat, & sic animum occidendi, in ipso partu, remotis omnibus hominibus denuo contestata est ipso facto, fauces quoque dissectae magnam sanguinis copiam profuderant, ergo gladii poena affecta est, licet praetenderit: Sie wüßte nicht, ob das Kind lebendig zur Welt gekommen sey, und ob es zu der Zeit, wie sie ihm die Kehle abgeschnitten, an noch gelebet habe.**
- 22 Imo plus dico: Si ex actis appareat, inquisitam confessam vel conuictam esse, quod animo occidendi secesserit ad locum solitarium, ibidemque partum excluderit, capitis poenam imponendam esse, si infans maturus sit, eiusque pulmones nati, & mortuus repperus sit, licet mater praetendat: **Sie hätte keine Hand angelegt, hätte auch wegen Schmerzen, und großer Perturbation solches nicht thun können.** Sufficit enim quod infanti dolose & animo occidendi remedia vitam conseruandi ademerit. *arg. l. 4. ff. de agnosc. & alend. lib. & arg. Const. Crim. Art. 132. vid. Carpz. Qu. 10. n. 8. seq.*
- 23 Nec obstat, quod certo non constet, an partus fuerit vitalis. Respondeo enim rem pessimi exempli interpretationem contra mulierem vrgere, & capitalem poenam requirere. Sic mulier, quae nefarie & dolose, cum dolores ventris sentiret, in latrinam vel aquam profluentem praecipitari facit infantem, gladio punitur, licet non certo constet infantem vixisse. *Carpz. Qu. 11. n. 34. & 35. vbi praeiud. Classen. ad C. Cr. A. 131. in fin.* Adeoque animus

mus occidendi, & quod infans re vera mortuus sit reperus, & quod nulla probabilia adsint argumenta infantem mortuum in lucem editum fuisse, gladii poenam operari possunt.

Ultimum argumentum a Medicis desumptum gra- 24
uius videtur, nisi dixeris: *artem medicam saepe fallere*, vt
sunt verba Medici excellentissimi atque experientissimi Dn.
Bohn. in *Tr. d. offic. Medic. duplic. part. 2. cap. 2. fol. 548.*
Cuius aliquod recensere lubet exemplum: Sic Lutetiae 25
Parisiiorum, mulier ob furta suspensa est, quae licet ad
extremum vsque spiritum, se grauidam esse, motumque
foetus perlentiscere asseueraret, vacua tamen nec foeta,
ab obstetricibus & Chirurgis ad visitationem conuocatis
indicata est, cum vero cadauer vsui anatomico concedere-
tur, foetus Septimestris circiter inuentus est, vt ex Rio-
lano refert Bohn. *d. Tr. part. 2. cap. 3. fol. 567.*

Ne vero excipias: obstetrices & chirurgos minus 26
recte referri ad medicorum classem, medici quoque ad-
duco exemplum: In Consistorio scil. Meclenburgico ante
tredecim & quot excurrit annos, medicinae Doctor &
Practicus R. diuortium ab vxore petiit & impetrauit,
quia mulier dueta, tempore viduitatis, ab alio imprae-
gnata, per aliquot menses constantis matrimonii, adeo
astute grauitatem corporis, vsque ad vltimam noctem,
celare potuit, vt maritus, qui tamen cum vxore, vno 28
vsus erat lecto, iureiurando confirmauerit, se nunquam
intellexisse, vxorem suam fuisse grauidam. Cautè ergo
in re tam ardua, in qua de vita hominis adimenda agitur,
procedendum, & quoties dubium occurrit, toties sem-
per tutior eligenda est via.

Si



- 27 Si vero rationes proferant concludentes medici, iis merito fides tribuenda. Nec est quod vrgeas: ICTos de rationibus medicorum iudicare non posse, quia sunt extra suam professionem, ea propter enim implorant opem medicorum, quod ipsi de casu obueniēte, quatenus ad medicam respicit artem, iudicare non possint, quomodo ergo de rationibus iudicabunt medicorum, quae captum
- 28 ICTorum transcendunt? distinguo enim inter rationes mere medicas, & non mere medicas, deinde distinguo inter rationes concludentes & euidenter non concludentes; de posterioribus recte iudicant ICTi, imo et mere medicas rationes, medici ita conscribere debent, vt rationes penetrare possint ICTi. Adduco testimonium excellent. Dn. Bohn. ex *Disp. med. cui tit. Specim. 2. Medicin. legal. §. 46.* ibi: *Medicus Obscura illa vocabula, quae medicis quidem notissima, ICTis vero minus intellecta, aut plane omittēre, ac vsitatiora seu popularia magis surrogare, aut illis haec*
- 29 *quasi interpretationis loco combinare debet, vbi Fidelem adducit consentientem. Quae sententia euidenti nititur ratione: Medici enim sua responsa non scribunt in gratiam medicorum, sed ICTorum, vt hi responsa iuridica, ad ductum responsi medici concipiant, ergo rationes quoque medicae ita concipiendae, vt eas intelligere possint ICTi. Sine ratione vero concludente, vel sine demonstratione quid afferentibus medicis fides nulla habetur.*
- 30 Nec subitanea mors sufficientem dat probationem nisi a medicis ex certis fundamentis, causa lethalitatis demonstretur. Alias enim semper remaneret dubium, an ex vulnere, an vero ex alia causa subitanea mors secuta sit. Equidem non diffiteor & ICTos quosdam satis celebres illi subscribere sententiae: inspectionem cadaueris, &
- 31 demon-

demonstrationem lethalitytis tum demum necessariam esse, si homo telo lethifero, post aliquod temporis spatium moriatur per *Constit. Crim. Art. 147.* ibi: So einer geschlagen würde, und über etliche Zeit darnach stürbe, also das zweifelhaft wehre, ob er der geklagten Streich halber gestorben wehre oder nicht. *Excell. Stryk. in Tr. de Iur. Sens. Diff. 1. cap. 3. n. 23. & 24.* *Brunnem. in proc. inquis. cap. 7. n. 20.* Respondeo tamen C. C. C. ad art. 147. 32
semper dubium esse, an in continenti mortuus ex vulnere, an vero ex alia causa mortuus sit. Verba vero über etliche Zeit darnach &c. exempli loco posita esse, exempla vero declarant, non restringunt regulam. Quae sententia etiam magis recepta *Stryk. d. l. n. 22.*

Prius autem, quod semper dubium sit ex qua causa subitanea mors secuta sit, probo ex mirabili effectu subitaneae consternationis. Sic foemina grauida, quam 33
maritus stricto gladio adoriebatur, hunc velut in caluariam eius adacturus, licet fuga sibi consuleret, paulo post infantem enixa est, in cuius capitis illa parte, cui in matre acies minitabatur, ingens continui solutio comparuit, sanguine ad nati subitaneum exitium manante, teste *Bohn. d. part. 2. c. 6. fol. 659.* Qui etiam ex actis Lipsiensibus obseruauit: quendam vxoris grauidae ceruicem manubrio securis percussisse: quae foetum paulo post edidit capite truncatum *Bohn. d. l.* Qui admirandus effectus subitaneo terrori adscribendus est. Ne vero excipias: 34
id singulare esse in grauidis, exemplo virili obiectionem remouebo: In vico quodam Austriae *Gundersdorff* nominato, lite inter duos venatores orta, Senior iuniori alampam dedit, hic illam vindicaturus ensen stringit, impediunt vero eum adstantes remque componunt, vt ille de-
D pre-



precetur, hic condonet, at dum iunior dextram concilian-
di gratia porrigit, seniore[m] vola in faciem inopinato ferit
en dicendo: tibi tuam alapam! statim senex concidit &
exspiravit. Referente Carolo Rayger. in *Ephemer. med.
phys. Germ. anno sexto & septimo anni 1675. & 76. Obs. 207.*
Ecce effectum in viro, quem subitanea consternatio pro-
duxit.

35 Cum ergo sine inspectione certo constare non pos-
sit, an homo vulneratus ex vulnere, an vero ex terrore,
vel alia aliqua accidentali causa mortuus sit, hinc ipsi me-
dici, in hac quaestione, ad ocularem prouocant inspec-
tionem vid. Bohn. *d. cap. 6.* & toties quoties conquerun-
tur: inspectionem non legitime esse peractam.

36 Quod si ergo, in praesenti materia, ex solis *pulmo-
nibus natantibus* medici respondeant, partum vixisse, &
violenter peremptum esse, nulla medicis fides tribuenda,
nisi rationes concludentes de admissa violentia, ex autopsia
37 adiecerint. Si vero eiusmodi adsint signa violentiae mor-
tis, & medici respondeant: partum vixisse, & a matre
dolo vel studio occisum esse, iterum assensum merentur nul-
lum, quia medici iudicare non possunt, an violentia in-
fanti illata sit dolo, an culpa matris, dolus enim in ani-
mo matris consistit, & tortura explorandus est, nisi tale
quid in infante appareat, quod culpa mulieris contingere

38 non potuit, v. g. si fauces cultro fuerint dissectae. Quo
tamen casu, non tam ex responso medico, quam propria
confessione condemnabitur inquisita, si enim neget se fau-
ces infantis cultro praescidisse, iterum non condemnatio-
ni, sed torturae locus erit. Et sic nec ex pulmonibus in-
fantis natantibus, nec ex medicorum responso in visitam
con-

condemnante, capitis poena accusatae imponi potest, nisi
animum occidendi ipsa confessâ sit.

Nunc ad secundum progredior casum, considera- 39
turus quid pulmones infantis natantes operentur in tortu-
ra discutienda. Et ex adductis in *Cap. 1.* & in hoc ipso
Cap. 2. dixeris: ex pulmonibus natantibus torturam, sine
ullo decerni posse dubio, quia constans & medicorum &
physicorum sententia: ex pulmone natante certo constare
infantem vixisse. Ast ego in contrariam inclino senten- 40
tiam, ex pulmone natante NB. sine alio concurrente indi-
cio, torturae locum non esse, probo ex pulmone natan-
te sola praesumptio vitalitatis oritur, nulla vero dolosae occi-
sionis, ergo medium minus concludens dabit, ad poenam
L. Corneliae irrogandam. Declarabo meam sententiam
sequenti exemplo: finge vxorem honestam grauidam so-
lam peperisse, quia doloribus subito suppressâ, auxilium
aliarum foeminarum implorare non potuisse: cum vero
tandem alii aduenirent homines, infantem iam extinctum
fuisse, finge medicos pulmonem aquae iniectisse, eum-
que supernataste, finge & medicos testimonium dedisse;
ex pulmone natante praesumendum esse: infantem vixisse
& occisum esse, an Icti matri honestae vterum nun-
quam celanti, nec studio solam parienti, torturam decer-
nent? resp. neg. rationem iam dedi, ex pulmonibus, de 41
sola vitalitate inferitur, non vero de dolosa occisione, sed
in matre honesta: in dubio praesumitur, quod infans casu
vel culpa, non vero quod dolo matris sit mortuus Gomez.
Tom. 3. cap. 3. d. Homicid. n. 19. Si vero deflorata, sine 42
auxilio aliarum mulierum partum edat, & mortuum occul-
tât, torturae subiicienda est, per *Const. Crim. Art. 131.* quia
gra-



grauiffima praefumptio dolosae occulationis & occisionis contra eam militat, quae tortura eligenda est.

43 Atqui, inquis, hac ratione pulmonis natantis, in decernenda tortura nullus erit effectus, licet enim iudex non curet hanc institui probam pulmonis, nihilominus ex celato utero & partu tortura decernenda erit iuxta *d. Ari.*

44 *37.* in quo altum de pulmone natante est silentium. Respondeo ergo gradum torturae intendi posse, si natent pulmones, quia praefumptio, quae ex pulmone natante oritur, contraria est praetensae defensionis mulieris, quod partum ediderit mortuum. Modo hoc casu, ex muliere quaeratur: an partum habuerit difficilem, in specie: an in extremis uteri partibus diu haeserit: *ob das Kind lange in der Geburt gestanden?* hoc enim si affirmet mulier, & circumstantialiter narret, nullum effectum habebit pulmo natans, quia excellentissimi obseruarunt medici, infantem, in extrema uteri parte, spiritum haurire, imo quandoque vocem emittere posse. Deinde interroganda est inquisita: an spiritum ori infantis inspirauerit? quam quaest. si affirmet, iterum nullum pulmo natans operabitur effectum *Bohn de Offic. Med. dupl. part. 2. cap. 6. fol. 667.*

45 Si vero cum pulmone natante adhuc alia concurrant indicia violentiae, adhuc maiorem gradum torturae requirunt. Equidem in casu *c. 1. n. 11. seq.* proposito, non obstante iudicio medico, pronunciauerant iudices criminales in Garding, im Criminal-Gericht. den 8. May. 1704. das die von Peimlichen Anklägern angeführte Indicia zur peimlichen Frage nicht erheblich genug seyn wollen. Würde dabero peimlich Angeklagtin mit ihrem Eyde darthun, und erhalten, das Sie weder vor, noch in der Geburt, jemahl den Vorsatz und Willen gehabt, das Kind umzubringen, als-

alsdemn ferner ergehen soll was Recht ist. Cum vero regi-
 men Holfatiae, acta illa ad Rostochienfem facult. Iurid.
 mitteret, reformata illa sententia, & tortura decreta fuit.
 Cuius responsi rationes conceptis adducam verbis, quia
 non parum praesentem illustrant materiam:

Rat. dub. & Decid.

Es ist zwar 1. aus der schwimmenden Lungen, eines todts 47
 gefundenen Kindes, kein infallibel Argument zu nehmen,
 daß das Kind lebendig zur Welt gekommen sey, weil 2.
 ein Mensch, nach der Geburt, dem Kinde den Wind, in
 die Lunge, durch das Mündchen blasen kan.
 exemplum adducit Bohn. d. *Offic. Medic. dupl. part. 2. cap. 6.*
fol. 663. & fol. 667:

Ja es kan auch 3. ein Kind, wenn es lange in der Geburt 48
 stehet, Luft schöpfen, ehe es völlig von der Mutter kömmt.
 Und wenn es gleich 4. lebendig zur Welt gekommen wäre,
 so folget doch nicht, daß es die Mutter aus Vorsatz um-
 gebracht habe, sondern es hat durch Verwahrlosung und
 culpa matris um sein Leben kommen können. So sind 49
 auch 5. alle von dem Medicó und Chirurgo angegebene
 Indicia also beschaffen, daß eine Mutter durch unvorsichti-
 ges Anfassen, Drücken und Ziehen, dergleichen verursachen
 könne. Es scheinet auch 6. als wenn von der Inquilica
 nicht gefaget werden könnte, daß sie ihre Schwängerung
 verhelet, indem sie beständig aussaget: Sie habe nicht ge-
 gewußt, was Ihr fehle; am wenigsten aber könnte man 7.
 von der Inquilica sagen: daß Sie mit Willen allein, und 50
 ohne Hülfe anderer Weiber geböhren, wie doch *Const. Crim.*
Art. 131. erfordert, denn Sie ist 8. in ihrem ordinairn
 Bette, und nicht in loco solitario, darnieder gekommen, und
 hat ihrem Vorgeben nach, ein todtes Kind zur Welt ge-
 bracht.



- 51 bracht. Weil aber dennoch 9 inquisita im Hause, da sie geböhren, Hülfe hat haben können, und dennoch nicht um Hülfe gerufen, so ist freylich von ihr zu sagen: daß sie mit Willen allein, und ohne Hülfe anderer Weiber geböhren. Hierzu kömt 10. daß *inquisita* das Kind in das Bettstroh gesteket, und heimlich begraben wollen, woraus abermahl eine schlimme praesumption wider *inquisitam* erwächset, daß Sie das Kind mit gutem Bedacht unkommen lassen, damit ihre Schande verborgen bliebe *d. art. 131.* Und
- 52 obgleich 11. dieses alles nicht nothwendig schließet, so ist es doch so probabel, daß ein Iudex dem *Art. 131.* gemäß, solches *contra inquisitam* praesupponiren muß, bis sie mediante *torcura*, ein anders darthut. So ist auch 12. aus der schwimmenden Lunge, wann niemand dem Kinde Wind in Hals geblasen hat, so viel wahrzunehmen, und sehr probable: daß das Kind, wenn ihm gebührende Hülffreichung geschehen, bey dem Leben hätte erhalten werden können, weil es in *partu*, oder nach dem *partu* Luft schöpfen können.
- 53 Was aber 13. die übrige *signa violentae mortis* betrifft, so vermehren solchen gleichfals den Verdacht *contra inquisitam*, und ist die unverbundene Nabelschnur vor sich allein, *per se*, & absolute lethal, daher es bloß auf die Frage ankömmt: Ob *inquisita* solche mit Fleiß, oder aus Unwissenheit nicht verbunden, und bleibet so lange die praesumptio *contra inquisitam*, bis sie ein anders beweiset, denn Sie hätte Hülff rufen, und das Kind nicht verbergen sollen, *A. B. R. W.*
- 54 *Ultimo loco*, circa hunc *calum secundum moneo*, quod dicta *n. 40. 41. de vxore honesta*, extensa velim etiam ad meretricem, si probet, se non studio in loco solitario *partum* exclusisse, sed ad obstetricem misisse, antequam vero haec aduenerit, solam *partum* edidisse, nec par-

partum mortuum occultasse, torturae subiici non posse, quia cessant indicia in *Constit. Crim. Art. 131.* desiderata, sed si aliquod subsit dubium, iuramento purgatorio, vel quod malim, territioni torturae locus erit. Inprimis 55 quoque attendi meretur indicium: an partus fuerit perfectus & maturus, an vero videatur esse abortivus, per *Constit. Crim. Art. 131.* ibi: *ein Gliedmäßig Kindlein*, hoc est infans maturus, membris suis distinctus & maturus, talis enim partus praesumitur iusto tempore, & vitalis in lucem editus esse. Berlich. p. 4. *Concl. 7. n. 28.* ibique alleg. Tusch. tom. 6. lit. P. *Concl. 108. n. 4.* Classen. ad *Constit. Crim. Art. 131.* fol. 478.

Restat nunc tertius effectus pulmonis natantis, si 56 scil. poena imponenda sit extraordinaria. Et hanc vsque ad fustigationem extendendam esse dixeris, quia ex pulmone natante constat, infantem vixisse, occultatione autem mulieris expirasse, ex qua occultatione dolus praesumitur l. ult. ff. d. R. N. Cum alii hoc casu plane capi- 57 tis poenam imponant. Berlich, p. 4. *Concl. 7. n. 30. & n. 24.* refert praeiud. in quo Scabini Lipsienses ad ultimum quoque inclinarunt supplicium, licet mulier per torturam obtinuerit, se ignorasse suam graviditatem vid. d. praef. ibi: *Sie habe aber nicht gewußt, daß sie ein Kind getragen.* Et 58 in casu fere simili, ad capitalem poenam inclinat Brunnem. in proc. inquis. cap. 9. n. 72. ibi: *Nescio an hoc casu non possit supplicium capitis exponenti matri dictari, NB. licet intentio praecise ad necandum non fuerit directæ.* Quae opinio etiam Zierizio ad *Constit. Crim. Art. 132.* fol. m. 138. arripit.

Cum vero poena capitalis iam supra sit reiecta, 59 eam nunc denuo non tractabo. Quoad poenam fustigatio-



tionis vero distinguo; an mulier intellexerit, tempus partus instare, nec tamen alias mulieres in auxilium vocauerit, quo partum editum clam educare posset, an vero ignorauerit tempus partum appropinquare. Priori casu poenam fustigationis dictandam esse censeo, quia grauida studio se conculit in talem statum, in quo infans facile perire potest, ergo grauiorem sustineat poenam, si infans re vera quoque perierit. Si enim nemo faucibus infantis spiritum immiserit, ex pulmone natante colligi tuto potest, infantem vel in partu, vel post partum adhuc vixisse, ex quo porro concludas: infantem in viuis conseruari potuisse, nisi omnibus mediis vitam conseruandi ab impia matre priuatus sit, in simili delicto, si mater infantem exponat, tempore vel loco periculoso, & infans re vera etiam mortuus sit, poena obtinet fustigationis, licet mater eo animo posuerit, vt infans viuis reperiretur, & vt aliorum infanti conciliaret misericordiam quam tamen ipsa mater non habuit. Finckelth. *Obs.* 86. n. 19. excell. Dn. Praefes in *Syn. iur. priu. tit. ad. L. Cornel. d. Sicar. n. 25.* Brunnem. in *proc. inquis. cap. 9. n. 72.* vbi sic pronunciatum refert. Carpzov. *Qu. 10. n. 11. ibique praef.* Quae sententia ipsi *Constit. Crim. Art. 132.* conueniens, ibi: so soll man die Mutter nach Gelegenheit des gefährlichen Hinlegens, an Leib oder Leben strafen.

62 Nec est quod obiicias 1) propter solam culpam poenam corporis afflictiuam decerni non posse, *L. Lege Cornelia 7. ff. ad L. Cornel. d. Sicar*, vbi homicidium per lasciuiam commissum, mit Rälberpossen temporali tantum exilio punitur. Respondeo enim arbitrariae poenae certo determinari non facile posse, sed ex circumstantiarum varietate vel acui, vel minui, sic ex ipso Carpzov. & Theodor.

doric. multa adducere possem praeiudicia, ex quibus li-
 quet, in praxi, etiam in homicidio poenam dicitari capi-
 talem, si delinquens latam admiserit culpam. Nec 2) in
 diuersam me vrget sententiam, quod nunquam iudex cer- 63
 tus esse possit: an non alius homo infanti spiritum inhala-
 uerit, in dubio vero semper mitior eligenda sit poena.
 Repono namque illa, quae facti sunt, nunquam a iudice
 supponi posse, nec contra inquisitum, nec pro inquisito,
 alias pauci delinquentes vltimum sustinerent supplicium.
 Sic v. g. in homicidio inquisitus semper vrgeri posset,
 incertum esse, an non alius vulnus inflictum vel profun-
 dius vel periculosius reddidisset. Recte ergo Bohn. in
Tr. d. Offic. medic. duplic. part. 2. c. 6. fol. 663. concludit:
 praesumi non posse, hominem tam profundae futurum
 esse nequitiae, vt spiritum infanti inflare conetur, ad in- 64
 quisitae periculum struendum. Interim hoc dubium mo-
 tum admoneat iudices, vt infantem recens repertum pro-
 be custodiri curent, nec quemuis ad infantem, praecipue
 ynicum solum admittant, eadem enim exceptio inquisitae
 esse posset, si maxima in infante appareat laesio v. g. si
 fracta ceruice inuentus sit, se non fregisse, sed alium forte
 post infantis mortem. Si vero mulier in tortura obtineat 65
 se ignorasse, tempus partus instare, sed cogitasse: *es wür-*
de sonst eine Krankheit oder Beschwerlichkeit seyn, (liqui-
 dem multae etiam honestae matronae, in tempore partus
 edendi, imo in ipsa grauiditate falluntur, aliae vero tem-
 pore partus gesti, variis afficiuntur doloribus stomachi &
 ventriculi) & hac intentione ad locum solitarium proces-
 serit, ibidemque praeter spem vterum excluserit, licet in-
 fans initio vixerit, sed culpa mulieris, quae ei debito mo-
 do succurrere non potuit, extinctus sit, poena tantum re- 66
 lega-



legationis obtinebit. vid. Carpzov. *Qu. u. n. 36.* Suppono tamen parturientem dum in loco solitario fuit, non facile potuisse alios aduocare homines, si vero aliorum hominum copiam habere facile potuisset, tacuerit tamen, & sic dolose, mediis infantem conseruandi, eum priuauit, adhuc fustiganda, licet animum, infantem clam educandi, habuerit.

CAP. III. DE EFFECTV IVRIS SI PULMO INFANTIS SUBMERGATUR.

S V M M A R I A.

- | | | | |
|---|-----------------|---|--------------------|
| <i>An ex pulmone submergente mors infantis probetur, medici non conueniunt.</i> | <i>n. 1.</i> | <i>Quia ante respirationem notabilem, occidi potest</i> | <i>n. 10. seq.</i> |
| <i>ICtergo eligant mitiorem viam.</i> | <i>n. 2.</i> | <i>Illustratur praeiudiciis ICTorum</i> | <i>n. 12. 13.</i> |
| <i>Quia imperfecta probatio pro inquisito admittitur</i> | <i>n. 3. 4.</i> | <i>Ad contrar. resp.</i> | <i>n. 14.</i> |
| <i>Ergo liberatur h. e. inquisita a tortura</i> | <i>n. 5.</i> | <i>Effectum habet pulmo submerg. si cum aliis indicis concurrat</i> | <i>n. 15.</i> |
| <i>Contraria sent. verior, si infans 1) fuerit maturus.</i> | <i>n. 6.</i> | <i>Leuiorem quoque operatur torturam item leuiorem extraordinariam.</i> | <i>n. 17.</i> |
| <i>Et mulier 2) partum celauerit.</i> | <i>7. seq.</i> | <i>Dubium de difficultate partus mortui remouetur.</i> | <i>n. 18. seq.</i> |
| <i>Et conceperit 3) ex illegitimo coitu.</i> | <i>n. 9.</i> | <i>An iudex omittere possit pulmonis in aquam iniectionem.</i> | <i>21. seq.</i> |

Pulmonem submergentem certum esse indicium infantem mortuum fuisse editum, excellentissimi statuunt medici, vti *Cap. 1.* nos docuit, siquidem volunt: pulmonem

nem natate, si infans vel semel spiritum attraxerit, wann es gleich nur ein einzig mahl Athem geschöpft, & sic a contrario: si pulmo submergatur, hat es niemahls Athem ge-
 holet. Alii medici & physici itidem experientissimi directo contrarium docent: posse infantem per temporis spatium vitam conseruare, & tamen notabiliter non respirare, vel potius grauiorem aërem attrahere, imo alii etiam pulmonum submergentiam admittunt, licet infans notabiliter respirauerit. Quam ergo ICi sequantur sententiam? Quoties medici inter se dissentiunt, & in vtramque partem 2 rationes probabiles & concludentes adducunt, toties ICi eligant sententiam mitiorem, quia in poenis benignior facienda est interpretatio *cap. 49. d. R. I. in 6to* adeoque in dubio, nouem potius nocentes a capitis poena absoluendi sunt, quam vnicus innocens ad mortem condemnandus est, *L. Absentem 5 pr. ff. d. poen. l. 2. C. d. his qui latron.* Sic permittitur inquisito per modum defentionis, alios producere medicos, qui docent vulnus non fuisse lethale *Carpz. Qu. 26. n. 47.* quo effectu vero tale quid fieret, si prioribus medicis, de lethaliitate testantibus, fides haberi debeat. Sic in fauorem inquisitorum receptum dicunt: 3 pro rei innocentia & defensione unico testi etiam singulari plenam fidem haberi, *Carpzov. Qu. 33. n. 44. & Qu. 115. n. 75.* plures vero medici, imo integrae facultates nostro casu, pro inquisita deponunt quod ex pulmonibus fundum aquae petentibus, sequatur: infantem mortuum esse in vtero matris, & sic ab inquisita occisum non esse. Si 4 vero responderem: medicos id certo scire non posse, reponi mihi posset; atqui in fauorem inquisiti, vterius receptum est, credi testibus de credulitate deponentibus *Carpzov. Qu. 33. n. 42.* quanto maior fides tribuenda erit
 E 2 medi-



medicis, de credulitate, & probabili & concludente ratione deponentibus.

- 5 Ex quibus aliisque colligas: ergo inquisita, ob *pulmones* infantis *submergentes*, a tortura liberabitur, eiusque assertioni & medicorum pro ea responsis datis fides habenda erit, infantem mortuum in lucem esse editum.
- 6 Speciosis tamen his rationibus non moueor, vt inquisitae torturam remittam, si reliqua requisita, in *Const. Crim. Art. 131.* desiderata ad torturam, adsint. Si scilicet partus primo fuerit maturus, & quoad omnia sua membra perfectus, quod medici potissimum iudicare solent ex vnguibus & cuticula *vid. cap. I. n. 12. in fin. Secundo* si mulier partum & grauiditatem celauerit, nec mulieres, vel alios homines, quorum copiam habere poterat, aduocauerit. *C. Cr. Art. 131.* Nec admitto mulieris excusationem, si dixerit, se partum demum occultasse, & clam sepelire voluisse, postquam vidisset, infantem esse mortuum, idque fecisse honoris sui conseruandi causa, cum mulieribus timor arritendae famae maior esse debeat, quam metus mortis, *L. Isti. 8. §. 2. ff. quod met. caus.* Siquidem honoris sui rationem habere debuisset eo tempore, quo stuprum vel fornicatio committenda erat, non vero postquam partum furtiuum iam ediderat. Et licet alias nemo se ipsum deferre, commissumque a se delictum manifestare teneatur. *Ziegler. ad Lancell. L. 1. Tit. 19. §. 6. ad vb. subticere non potuerit. Puffendorf. in Elem. iurispr. L. 1. def. 12. §. 33. Excellent. Stryck. in eleganti Diss. d. foro conscientiae, cap. 6. n. 157. quae Vol. 2. Diss. 12. continetur.* Pati-

Patitur enim haec Thesis limitationem, nisi delinquens tacendo incurrat suspicionem maioris delicti, vel si ma- uis, nisi lex ipsa manifestationem vrgeat, ex occultatione vero praesumat dolum tale exemplum in *L. itaque 4. §. 1. ff. ad L. Aquil.* ibi: *vt tamen id ipsum cum clamore testifi- cetur.* Si ergo occisum occultet, iura contra occisorem praesumunt, quod dolo occiderit. Simili ratione, in no- stro casu, colligere licet: quaec. mulier partum editum dolose occultat, contra hanc foeminam praesumitur, quod mortem infantis intenderit.

Tertium requisitum est, vt mulier non sit honesta, 9 sed talis, quae ex concubitu legibus prohibito, concepit, *Constit. Crim. Art. 131.* ibi: *Ihre geübte Leichtfertigkeit ver- borgen zu halten.* Ad quam classem vxor quoque referen- da, quae partum edidit, cum tamen maritus vltra decem menses ab ea absens fuerit. *Vid. L. 6. ff. de his, qui sui vel alien. iur. L. 3. §. 11. ff. de suis & legit. L. 29. pr. ff. d. lib. & postb.* nisi leuis fuerit excessus decem mensium, vel aliae circumstantiae partum retardare valentes, con- currant. vid. pluribus Stryck. *Tr. de Success. ab Intest. Diff. 1. cap. 2. §. 17.*

His requisitis concurrentibus, torturam decernen- 10 dam cenfeo, licet pulmo infantis aquae iniectus sub- mergatur. Quia admodum dubia illa quorum sententia: infantem recens editum, sine notabili respiratione & attra- ctione externi aëris, plane viuere non posse, dubia ergo sententia quorundam non potest ius certum, in publica constitutione comprehensum mutare. Imo, me iudice, lon- 11 ge probabilior est sententia Wittebergensium, Tubingen- sium.



sum, Giessensium, & Marburgensium *vid. cap. 1. n. 30. sq.* infantem in ipso partu & mox post partum occidi posse, antequam notabiliter exteriorem attrahat aërem: si enim mox post partum fauces, vel os & nāsū infantis comprimat, vel tegat mater, vt aërem grauiorum infans attrahere non possit, pulmo fundum petet, licet mulier infantem dolose occiderit. Idque tanto minus dubii habebit, si vera sunt, vt vera credo, quae scripsit experientissimus Bohn. *de Offic. Medic. dupl. part. 2. cap. 6. de catulis recens natis, sed suffocatis vid. cap. 1. n. 38.* De experientia contraria quoque testatur integrum Colleg. Med. Giss. penes Valent. *in Pandect. Medic. part. 2. sect. 7. cas. 10. fol. 595.* & integrum Colleg. Medic. Marburgense *ibid. fol. 598.*

12 Quae sententia etiam ab Ictis haecenus comprobata est. Sic infantis clandestine sepulti, sed iterum eruti pulmones fundum petierunt, licet mater confessā sit, se ex infantis auia audiuisse, eum vagiuisse, quod auia initio sua depositione confirmauerat, mox iterum negauerat. Hinc & mater, & auia ad torturam damnatae sunt, licet pulmones adfuerint submergentes. Integrum casum legere poteris penes Dn. Valentin. *in pandect. medic. legal. part. 2. sect. 7. cas. 8. fol. 570. seq. qui fol. 572. alium adhuc* 13 *recenset casum, quod pulmo infantis fundum petierit, nihilominus, mulier torturae subiecta vitalitatem affirmauerit & confessionem NB. subsequente morte confirmauerit. Simili modo a scabinatu Lipsiensi, in casu oblato pronunciatum, & inquisita itidem morte confirmauit depositionem, infantem vixisse, licet pulmones fundum petierint, teste Bohn. de Offic. Medic. dupl. part. 2. cap. 6 fol. 669.*

Ad

Ad rationes supra allatas respondeo: credi vni testi 14
etiam quandoque de credulitate deponenti, si veritas alia
ratione, probari non possit, si vero tantum iam legitime
probatum sit contra inquisitum, vt torturae subiiciendus
sit, vnus testis, vel de credulitate deponens, nunquam
inquisitum liberabit a tortura, nisi aliae circumstantiae
concurrant.

Vt vt vero pulmo submergens non possit torturam 15
tollere, aliquam tamen praesumptionem pro inquisita facit,
quae, si ab alijs adhuc innocentiae indicijs confirmetur,
a tortura plane liberare poterit inquisitam, vel accusatam.
Cuius exemplum & praeiudicium adduxit saepe laudatus
Bohn. in *Tr. de Offic. medic. dupl. part. 2. cap. 6. fol. 670.*
& 671.

Alium quoque effectum tribuo pulmonibus fun- 16
dum perentibus, quod gradus torturae mitigare debeant,
quia aliquam probabilitatem inquisita pro se habet, dum
vt plurimum infantum, qui vixerunt, & libere aërem
spirarunt, pulmones natare solent, ergo facilius iudex mu-
lieri fidem habebit, si mulier, sub initium torturae, cum
omnibus circumstantiis narret, se infantem mortuum edi-
disse. Placuit mihi iudicium experientissimi & excellent.
Medici Ienensis Dn. Wedelii, quod in literis ad amicum
exposuit, *Subsidentia pulmonum in aqua, quoddam prae-
bet signum, de infante in utero denato, non autem vniuer-
sale argumentum est, vti id refert Ammam. in prax. vuln.
leth. Dec. 6 Hist. 1. fol. 49.*

In



- 17 In ipsa quoque extraordinaria decernenda poena, mitigatio locum habebit, si mulier sub initium torturae, constanter dixerit: se non habuisse animum occidendi, nec partum viuum enixam esse, tali enim confessioni fides habenda est. Cum ergo culpa mulieris reipublicae non attulerit damnum, poena quoque mitior locum habeat.
- 18 Equidem insigne dubium honesta mihi mouere posset matrona, dicendo: experientiam haecenus docuisse, infantem mortuum non aequae facile excludi quam viuum, si ergo mulier sine difficultate magna, & quidem sola, sine auxilio aliarum foeminarum parere potuit, praesumendum esse partum fuisse vitalem; Verum responderem, delicatas matronas saepe non omnes intendere neruos ad partum edendum, meretrices vero illas in summis animi angustiis constitutas, incredibili nisu partum promouere.
- 19 Quid vero homo in summo constitutus periculo possit, historiae nos abunde docent, dum tempore incendii etiam mulierculae tantum onus vel trahere vel portare possint, quod cessante periculo, vix tres vel quatuor de loco in locum mouere valent. Simili modo tempore incendii podagra laborantes, ut ut alias usum pedum non habuerint, prompte tamen currere, suamque vitam conseruare potuisse legimus. Quid ni etiam mulier in angustiis constituta, naturam foetum mortuum expellentem, felici successu iuuare posset. vid. Ioh. Nic. Pechlin. Lib. 3. Obs. 22. circa finem ibi: *metu periculi, violentiae, incendii, irruptionis, aliorumque casuum multos pedum usum recepisse.* Rationem subiungit Obs. 24. d. lib. 3. sequentem: *vehementesque eiusmodi effectus mutat in totum spirituum crassum, qua mutata, etiam sanguini nouum induci habitum*
ne.

neceſſe eſt. Hinc alii methodum per terrorem curandi morbos iactare auſi ſunt, infelici tamen quandoque ſucceſſu.

Denique adiienda quaefſtio : an iudex intermittere 20 poſſit pulmonis infantis recens nati iniectionem in aquam? mouet hoc dubium medicus Lipſienſis Dn. Ammam *in prax. vuln. leth. Decad. 6. Hiſtor. 1. in Cribat. 8. ibi: Si ſubmerſio pulmonum eſt ſignum infallibile mortui foetus, protruſi ab utero, cur non ſecantur a medicis ordinariis, ut hac ratione infelices iſtae puerperae liberentur a tortura.* Ut ut vero pro ſigno infallibili foetus mortui non habeam, ſi pulmo fundum aquae petat, aliquid tamen operari pulmones natantes in *cap. 2.* & aliud operari ſubmergentes *b. c. 3.* docui, hinc ſequitur : iudicem hanc probam intermittere non poſſe. Quicquid enim vlla ratione ad inquitum vel grauandum vel excuſandum facere poteſt, id iudex ex officio curare debet actis inferi.

Alia quaefſtio eſt: *an proceſſus nullitatis accuſari 22 poſſit, ſi pulmonum probam neglexerit?* quod nego, nulla enim publica lex adeſt, quae iudici praecifaſ iniungat neceſſitatem pulmones infantis recens nati aquae iniicere, & hoc medio, indicia contra inquitam militantia vel augere vel minuere. Et licet iudex laudandus non ſit, qui experimentum hoc plane negligit, non omnis tamen neglectus inuoluit nullitatem proceſſus, ſed tantum neglectus illorum, quae ad ſubſtantialia pertinent, alias inquitus, facili via, aliquid excogitare poſſet, cuius inquitio 23 facta non ſit, cum tamen ſibi, aliqua ratione, prodeſſe



- se potuisset. Magis adhuc dubia videtur quaestio: *an facultas Iuridica, pulmonum iniectioem ex officio mandare possit, antequam de tortura decernat?* Affirmatiuae subscriberem, si pulmones adhuc, sine maxima putredine, ex corpusculo eximi possent, *arg. l. 18. §. 9. ff. d. Quaestio.*
- 24 sin minus, nihil certi inuoluet haec iniectio. Ex dictis denique, vel me tacente, intelliges: iniectioem pulmonum in aquam negligendam non esse, si inquisita vel eius
- 25 defensor iniectioem vrgeat. Si vero iudex morosus defensoris petito deferre nollet, maior dubitatio foret, *an inquisitae, hoc casu, tortura sit remittenda?* puto quod non, si omnia requisita adsint. Const. Crim. mitiorem tamen ditare, iudicemque punirem.

Haec sunt quae de *pulmonibus, natantibus vel submergentibus* adducere lubuit, quae in nullius Icti, nec medici, nec facultatum medicarum praeiudicium scripta volo, sed si in quibusdam erraero, ingenue errorem fateor, & meliora edoctus, haec, sine vlla obstinatione, eligram, atque informatoribus decentes agam gratias.

F I N I S.



CHRISTIANVS LVDOVICVS LIEBERKVHN

LECTVRIS S.

Dum in conscribenda dissertatione, de experimento Pulmonum natantium vel submergentium verfabar, adit me Cel. Typographus atque rogauit, vt curam nouae editionis praesentis dissertationis in me suscipere, illamque breuibus notis concomitari vellem. Eo lubentius honestissimis precibus Cel. Typographi satisfaciendum esse putauit, dum ipsa dissertationis meae elaboratio postulabat Schoepferianam dissertationem legere atque relegere. Nullas tamen adiciam notas, quamquam, multa sint capita in quibus b. Illustri Viro adsentire non possum. Licet mihi ex instituto sententiam meam in mea dissertatione proferre, ibique demonstrare solidis principiis hanc dissertationem superstructam non esse. Vnica tamen huc
vsque

vsque est dissertatio iuridica, quae de hac materia exstat; quare etiam mirandum non est, dum ab omnibus defensoribus infanticidarum allegari solet; hinc in omnium fere manibus esse debet, illam iam Halae 1710. atque ibidem iterata vice 1747. recusam fuisse. Ansam huic dissertationi praebuit Sectio infantis ab illustri Georgio Detardingio facta, qui adhibuerat experimentum nostrum. Praefens Sectioni erat Respondens Ioannes Ioachimus Ioerke, qui, dum variae disceptationes in de ortae fuerant, de materia nostra aliquid colligere studuit, atque Censurae illustris Schoepferi subiecit; qui operi ultimam manum attulit. Accipe igitur, qui operam nostram non reicis, nouam celebris huius dissertationis editionem, quam Tibi sine vllis vitiis typographicis offero propenso animo atque vale et faue conatibus nostris. Dabam in Regia Friedericiana D. V. Decemb. MDCCLXXI.



Rostock, Diss., 1704-05

ULB Halle 3
004 505 76X



Sb.

f



Inches
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black



MI SCHOEPFERI ICTI
LYT. AC. ROST. COMIT. PAL. CAES.
VC. CONSILIARII
VRIS CRIMINALIS
DE
ANTIS NATANTE
EL
RGENTE.

1705, 6^{re}

80
24

CCV.
TE ROSTOCHIENSI
A
CHIMO JOERKE
ENSA.



STANTIAM MATERIAE RECUSA.
VENEDORVM
ANNIS CHRISTIANI HENDEL
CLXXII.

